



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum**

**Paoletti, Agostino**

**Coloniae, 1677**

Pars Prima.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

# DOMINICA XXIV POST PENTECOSTEN.

*Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. D. Matth. cap. 24.*

## ARGUMENTUM.

*Deus antequam castiget, primò nos monet per signa, vel ne habeamus causam nos excusandi, vel ut per fugam supplicia evadamus.*

**T**Ambrulanus Scytarum Imperator, dum exercitum ad obsidendam, & invadendam civitatem disponeret, antequam urbem aggrediretur, & viatorum illam debellaret, primo niveum vexillum explicari iussit, ut oblectis significaret, si de ditionem cogitarent, & sese subicerent, se suis favore, & gratiam facturum. Sed si oblectarentur, explicabat rubeum Syria, & si adhuc oblectarent, nigrum exponebat velabrum, usque certissimam mortem fulminabat, & ruinam civitatis.

ignatur fiammas, fulgura, & supplicia. Stant post tribulationem dierum illorum, &c. En tandem ruinam, & exterminium, nec aliud restat medium quam fugere. Tunc qui in iudicio sunt fugientes ad montes, hoc est optimum remedium quod inveniri potest. Sic testatur prouidenter doctus Labartus: Ideo in sole, luna, & stellis, signa iudicii apponit, ut in luce harum sagittarum, & in fulgore huius Dei periculum suum videant peccatores. Et fugiant à facie arcus, & liberentur facti dilecti eius.

**Petr. Christi lib. 1. de honesta disciplina.**  
**Iac. Philipp. Bergom. lib. 14. Cronis.**  
**Anno Christi 1400. f. 231. col. 2.**  
Sic Petrus Trinitus: Albo colore clementiam promittebat, rubeo sanguinis effusionem minitabatur, & nigro mortem iam iam praesens esse demonstrabat.  
Sic etiam refert Jacobus Philippus Bergomensis: In obsidionibus quidem urbium, prima die albo utebatur tentorio: secunda rubeo. tertia nigro, & si sedabant in albo sedenti, salutem consequebatur. Rubens autem color, moriendum patribus famulatus indicabat: Niger vero civitatis excidium, & omnia in cinerem convertenda. Solebat ergo hic dux praemonere cives, ut si postea deveniretur ad exterminium, non haberent animum conquirendi.

Ex hoc facto deducitur, expressè Deum nostrum priusquam castiget praemittere signa, vel ne habeamus occasionem nos excusandi, vel ut fugà supplicia evadamus. Et ecce discursum divinum in tres partes. Cum videritis abominationem, &c.

## PARS PRIMA.

Si attendamus successus hodierni Evangelii, & signa, quae videbuntur dum instabit iudicii dies, inveniemus Deum procedere eodem modo cum mundo, & maxime dum peccatores punire decernit: Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est à Daniele Propheta. En primum vexillum, quod servit pro admonitione. Sicut fulgur exiit ab oriente, &c. En secundum, quod

2. Proprietas est caeli, non deicere fulmina, nec in nos detivare tonitrua, nisi nos prius fulgore praemoneat. Praeterea est mos nostrum Dei antequam flagellet, in antecessum mittere malarum hortationes. Audite Olearum: Non vult Deus aliquem punire nisi prius per Prophetas peccatorum admoneat, & deterreat. Iosephus Heliopolitani opinatur, quod protopares Adamus per scelerum multitudinem Astronomicam duo supplicia aequè scelerum, & ignis, quae suprema iustitia in homines destinata erat, praevident, & nepotibus servaverit; hoc cum intellexisset Seth, fabricavit duas columnas, unam è terra cocta, cui insculpsit ignem, altitatem è lapide vitro, cui insculpsit



scilicet diluuium, & de in fummitate columbarum depiavit montem, qui posteros moneret, ut se emendarent.

3. Propheta Habacuc dum oculos in caelum conieceret, vidit Deum ita ex candentem, per concelsa impire obambulantem, & interim caecitate caritate ductus tanta indignationis caulam scire cupiebat: edic amabo o Domine, quis tui fuit temerarius; ut audens sic peccati peccare petram tue clementiae, flammam futuri excelsit: an forsitan flumina, vel potius mare, quod dum intumescit, undarum mores usque ad stellas eiecit? *Namquid in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?* credo ego, quod furor tuus, dum velut ventus furibundus, ex antro peccatoris tui egreditur, velit non solum conterere, sed & creaturas viventes consumere: *In frenis conculeabis terram, & in furore obfuscas gentes.* Vesta majestas mille causas habet genem extirpandi, & annihilandi. Id Deus morte concepit, sed audite quem modum adhibeat: *Ascendens super equos tuos, & quadriga tua salvatio.* Quis est hic modus loquendi obicurus, & confusus? ut verum fatear hoc non capio. Septuaginta legunt: *Ascendens super curram furoris tui, & rota tua peccatorum salvatio.* Velim scire qualem habeat efficaciam & virtutem rote curus furoris divini, ut peccatores liberent a flagellis Dei. Videamus si per historiam id intelligere possimus.

4. Si credimus Alexandro ab Alexandria, olim Romani quosdam apparitores, & ministros instituebant, qui urbem a nebulonibus purgarent. Hi aerequam officii sui partes agerent, quosdam ministrum, qui vocabatur Lictor praeterebant. Hic scilicet virgaram, vel flagrorum colligatorem cum certis instrumentis ferreis gestabat, sic videre est apud multos Scriptores, & specialiter apud Plutarchum, qui hunc ritum explicat: *Cur praeorum fasces colligati feruntur, apponit securibus an id signum, iram magistratus non debere esse inprobiti, & soluta an? an solutio signum, quae paulatim fit, moram aliquam irae inest, & cunctationem, & nonnunquam fecit, ut potentia de supplicio exigendo mutaretur: iam cum vitium alia sint sanabilia, alia insanabilia: virga corrigebantur immedicabiles. Hinc rei videntes lictores fugebant, & se abscondendo eorum manus evadebant.*

Hae historia nobis declarat sensum verborum Prophetae: *qui ascendens super curram fu-*

*roris tui, & rota tua peccatorum salvatio.* Antequam Deus puniat peccatores, praemittit thedas (loquor metaphorice) ut audientes supplicium rotarum emendatione supplicia evadant: *Et rota tua peccatorum salvatio.* Id confirmat Origenes: *Signa haec benignitatis, & Dei nostri misericordiae sunt; nam tali strepitu excitantur fideles, ut praemontis, venientes lictores, effugiant.*

5. Insuper Rex serenissimus David hanc politionem, & modum quo Deus solet punire intellexit, ideo dicere solebat: *Destisti metuentibus te* *Psalm. 59.* *significationem, ut fugiant a facie arcus.* Domine, vel tua majestas vult punire peccatores vel non, si non velit punire ob tot offensas tibi illatas, cur ergo ejacularis arcum iustitiae? quod si velis vindictam repetere, & gravibus suppliciis eos afficere, cur eos praemones? *destisti metuentibus te significationem.* Quinimo ut contenti in fugam se deat, sagittas ostendis: *Ut fugiant a facie arcus,* responderet Titelmannus, *Destisti tuis te metuentibus veluti signum quoddam, & indicium venturae ultionis tuae, ut effugiant arcum illum, quem iam retendit fortissimus iudex, ut ultionis illius ventura sagittas evadant.* Hoc sensu dicit Jacobus a Valentia de venatore, quod si videat avem in arbore consistere, cum arcum institueret, & diligentissime cavere, ne vel ab ave audiretur, vel videatur nam si vel voce, vel pedibus ederet strepitum, aut sese ostenderet, praemoneret avem ut fugeret. Dum Deus armavit arcum iustitiae sagittis flagellorum, inuit peccatori, ut emendatione se salvet, & arcum ostendit, ut perterritus fugiat: *Nam sicut aves audientes sonitum arcus, aut ballistae, si videant alios aves cadentes, videntur, tunc fugiunt a facie arcus venatoris (nam ille sonitus arcus est signum, ut fugiant.)* Ea confirmationem Pontificiam S. Gregorii: *Monet ergo mundum, cum eum destruere vult, & monet homines, ad quos iudicandos properat, ne condemnet.* Sancte Deus, & ubi reperire est eum, qui vult ferire inimicum, quod prius eum moneat, nisi nostrum Deum: & hoc exinde oritur, quia non potest punire juxta nostra demerita. Huic subiungit Archi-Episcopus Valentinus: *Dat Deus metuentibus se significationem, & veluti annuit oculo electis suis, cum eos hic corripit, ne illos illa crudelis sagitta perfodiat.*

6. Mandat Deus Josue, ut exercitum in aciem disponat, & civitatem Jericho invadat, sed ipsi praecipit, ut per sex dies continuos milites caenia circumstant, & tertio die exercitum iungantur

Orig. cap. 24. D. Luce.

Titelmannus

Jacobus de Valentia

B. Thom. Vill. serm. 1. Dom. 1. Quadrage.

Titelmannus





sacerdotes, qui septem tubis civibus insonent. & octavo die totus exercitus in clamores erumpat: *Clamate, & vociferamini*: Deus immortalis, & cur tot titus? nonne melius foret adhibere castus militares, instrumenta bellica, & impetus martiales? cur ex concavis metallorum vi ignis non emittuntur globi, vel ignes missiles, ut portas civitatis quantant? cur non parantur cuniculi, ut flammis hauriatur? si Deus illam possit destrucere unico die, vel momento, cur vult iasum septem? sex diebus fabricavit universum, & ut res vilis destruat, vult impendi septem; praeterea vult ut sacerdotes se; rem tubis clangant, & ceteris urbem circumveant. *Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarum unus erat in Iubilo: septies circumibitis civitatem, & sacerdotes clangent buccinis*. Cur tot titus? sic interrogat Chrysostomus: *mundum universum sex diebus coeclit, & urbem unam septem in aerebus solvis? quid tua potentia accidit impedimentis? quare non repens destruis? montes transferre in mare potes, & urbem unam repugnantem non vis destruire, nisi diebus septem?* & respondet ad meum propositum, quod in quolibet ex his sex diebus Deus illos monere voluerit, quatenus se emendarent civis, & desolationem effugerent. Hinc per sex dies continuis voluit, ut milites circumirent civitatem, ut excuratores & vigilantes illos viderent, & incolas periculis imminuentis admonerent. Septimo die sacerdotes tubas insonabant, ut earum clangor aures civium penetraret, & consternati se dederent, ac vitam emendando ad Deum recurrerent; sic subdit Chrysostomus: *Clementia divinitus tolerat, septem hinc additales, si forte poenitentia susciperent praedicationem, & salvarentur*. An plures praemones desiderari potuerunt.

7. Venianus ad tuinas diluvii universalis. Divina iustitia ob peccata hominum diluvio universalium mundum submergere decrevit, hinc dixit ad Noe: *Finis universae carnis venit coram me, delebo hominem quem creavi, a facie terre*. Adeo fabrica tibi arcam, in qua te cum tota familia salvare poteris. Sanctus ille senex moras non traxit, sed statim executus est divinam voluntatem, & magnam provisionem querecum, abietum, pinorum & aliarum arborum sibi fecit. Ante ejus domum non nisi trabes, asseres & alia ligna videbantur, quilibet hanc novitatem stuperebat, & cum cum senectute cerebrum exulsepucabant, & dum curiosi interrogarunt ejus rei causam, sic eum respondisse credo, scia-

tis mei conterraui: Deus ad nostra peccata peccata diluvium mittere vult; ego his leges altum mihi fabricare volo. Dum haec diceret, abibat, & carchinis cum exipendo ut altum cum deridebant, & crederent a patre eum fuisse sibilis excepsum, & manibus complotis ei acclamatum. Quis illic, & thibet, idque ad finem usque arca edificatae continuatum.


Nonne scire velim, quantum temporis insumpsit Noe in extruenda arca. Scio quod mihi respondebitis, centum annos, centum annos estae possibile quod tantum temporis insumpsit? templum Salomonis adeo sumptuosum, sumptuosum, preciosum, spatio septem annorum edificatum fuit. Pyramides Aegypti, quarum numerantur inter miracula orbis, viginti annorum spatio fuerunt completae, quomodo ergo centum annos impendit Noe? dicit Joannes Chrysostomus solvit difficultatem de hoc, Deum voluisse, ut videntes fabricam arcam, se emendarent, & id constanter praedicatione Noe, ut peccata effugerent. Adhuc Chrysostomus: *Volebat Deus illos qui tam graviter peccaverant, fabricatione Arcae admoneri, ut secum cogitarent qua secesserent, respicienda que non experirentur indignationem*.

8. Deus, ne animum habeat repugnandi, quod non praemittit monitiones? videt te esse oblitatum in malo, quod cum continuo tuis festinatione offendas, jam tot anni elapsi sunt, quibus dehis in peccato mortali, non coheres, non communicas, visis instat bestia, & ac si non haberes corpus, & animam, & nonquam esse mortiturus. Te monet, nunc per praedicationem, quae te defendit, nunc per patrem spiritalem, quae te dehortatur a malo, & excitat ad bonum. Sed non curas ejus admonitiones, agitas caput, & pedes, nec ob hoc bonus Deus denovo te monere cessat, nunc per gravem morbum, nunc per mortem filii magis chari, nunc per carcerem, nunc per oppum ablationem, non aliam ob causam nisi ut te emendes.

Sed si te pertinacem videat, accipit alterum vexillum suppliciorum, & dum corpus mortuatum ad penas aeternas, nec aliquid habes quo te possis excusare, vel defendere: quomodo poterit ille se excusare, qui vicinis mundi temporibus se seduci permittit ab Anti-Christo, cum Christus id diu ante praemones dicitur.

D. Ioh. Chrysost. apud Latinos. Tom. X. de misericordia Dei pop. 2.

Gen. 5.





Et non surgens pseudo-Christi, & pseudo-Propheta, ut in errore inducatur si fieri potest, etiam electi: sed audite quid filius Dei subdat: Ecce praeceps vobis, non cessavi vos monere, nunc cogitate ad ignorantiam vos excuset.

Indignant plures Scriptores facientur Deus permissum, ut demon tentaretur si vana, assumptum potius figuram tortuosi serpentis, quam alterius animalis puta candidae columbae, vel mansuetae ovis. Cum serpens sit deformis, venenosus, juratus hostis hominis, debebat cogitari, quod solo aspectu terreret & fugaret famam, sed columbae sunt domesticae, absque felle, & oves mansuetae, & humanae. Audite subtilitatem cuiusdam moderni. Si assumptum foret formam columbae, vel ovis, potuisset excusate, dicendo: Quis unquam potuisset cogitare, quod columba adeo candida fuerit tam mala, ut deciperet formam? nunquam credidisset, quod ovis ita mansuetus adeo fuerit altus, & prava, ut me pelliceret ad peccatum, & errorem. Deus ergo voluit eum inducere formam serpentis, ut Eva sciens quod erat callidior cunctis animalibus terra, non potest allegare, quod peccaverit per ignorantiam: Non sub alia forma, quam sub serpentina permittatur streperum cum hominibus concertare. Sanè id sub columbae, aut ovina forma ad hominem permissum diabolus habuisset, posset aliquam de peccatis suis ostendere excusationem dicendo: quis enim crederet sub tam simplici forma fraudes delictorum?

10. Sanctus vates Elias cum sacerdotibus falsis acriter certabat, cui deberetur honor veri Dei, dissolvebat rationes eorum, qui eum debent asserebant Baal, & in eodem tempore argumentis efficacissimis demonstrabat honorem suo Deo, quem adorabat, debent. Demum hoc pactum inierunt, nempe ut in monte Carmeli duo Altaria erigerentur, & in uno quoque ligna supponerentur, ita ut cuius victima raderetur, ille verus Deus haberetur: Denique nobis duo boves, & illi aligant sibi bovem unum, & infrastru cadentes, ponant super ligna, ignem autem non supponant: & ego faciam bovem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Et Deus qui exaudierit per ignem, & sic Deus Nemo non putavit hoc pactum minime rejici posse, & omnes illud admiserunt, dicendo. Optima propositio. Agendum, ait bonus Elias, vos primo sacrificare, & honorate veltrum Baal, ego vobis praecedentiam concedo: Facite

Paulus Dominicus.

vos primi, & invocate nomina Deorum vestrorum. Hic mihi videtur Elias parum practicus, & natate in acte. Agitur de puncto honoris, & falsus Deus Baal primas ferat, locus primus, qui est dignior, debebat Deo Israelis, ergo non debebat permittere Elias tale praedictum.

Verè, inquit sanctus Theodoretus, Elias hic se prudentissimum exhibuit, nec vituperio, sed laude dignus est. Si sacerdotibus falsi non tulisset primas, dum postea ignis caelestis non descendisset super ipsorum victimas, quem à Deo petebant, potuissent se excusate dicendo, non est mirum quod à nostro Baal non simus exauditi, indignatus est, quod Deo Israelis dedecimus primas, & agrè tulit praedictum tam notabile illatum suo honori. Agendum, ait sanctus Vates, hanc excusationem praedictam: Facite vos primi, &c. Id confitetur Theodoretus: Primum voluit ipsas nomina Baal invocare, ne pudore affecti mendacii dicerent, agrè ferre Baalim, quod non imprimis minus acceperit.

11. Dum Rex Balthasar in convivio epularetur, audaciter sacra vasa, quae ipsius patet Nabuchodonosor in occupatione urbis Jerusalem è templo surripuit, & inter thesauros posuit, mensae infertur jusit, & non solum profanavit illa ex iis bibendo, sed & permittendo, quod omnes convivae ex iis biberent, etiam infames concubinae. Deus scelus hujus Regis agrè ferens manum misit, quae in pariete vicino haec verba exaravit: mane, Thecel, Phares, quae sic explanat Daniel: Mane numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud, Thecel. Appensus es in scatera, & inventus es nudus: Phares, divitium est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.

Sed in hoc facto debemus observare quandam diligentiam Scripturae, nempe quod dicat, manum scripsisse: In pariete contra candelabrum. Quid refert dicere quod litterae fuerint exaratae è regione candelabri. Multum interest, nam potuisset se excusate dicendo, conclave esse amplum, muros altos, litteras scriptas in loco obscuro, & se non potuisse videre. Sed haec excusatio tibi non prodest. O Balthasar, nam Deus sententiam tuam clarè voluit exprimi, ne posses te excusate, quod eam non videris. Conceptus sancti Patris Hieronymi. Videntur digiti in pariete scribere contra candelabrum, ne manus id quod scribat, longius à lumine apparet.

D. Theod. ibid.

Daniel. cap. 5.

D. Hieron.

K k

12 Val.

Handwritten notes in the right margin, including the name 'Liacab' and other illegible characters.



Ioan. cap. 75.

12. Valde difficilia intellectu videntur hæc verba Salvatoris: Si non venissem, & locutus is fuisset peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sanctus Augustinus valde admiratur hunc modum loquendi. Ergone si Christus non venisset, Hebræi nullius criminis essent rei? nonne ante Adventum Filii Dei gravia in Hebræismo committebantur peccata, dicere voluit Dominus, si non venissem, & his prædicissem, essent aliquo modo compassione, & excusatione digni, voluit significare per illa verba peccatum non haberent, sed modo eorum peccatum est inexcusable.

Cajetanus in c. 15. Ioan.

Hinc Cajetanus: Significatur quod non habent colorem, seu apparentiam excusandi peccatum suum post manifestam moris prædicationem.

D. Marc. cap. 4.

13. Nemo est, qui culpas pallio excusationis involvere non conetur, res quæ summè displicet Deo, prout ex sancto Marco eruitur. Mare conturbabatur, undæ lusque deque volebantur. Discipuli qui erant in navi conterriti ad magistrum fugerunt, & eum excitant, dicendo: Magister ad te non pervenisti, quia perimus. Ille subito ventis ut quietescent, mandavit: Et exurgens minatus est ventos, & dein conversus ad mare illi præcepit ut taceret, & obmutesceret: & dixit mari, tace, & obmutescet. Sed quomodo hoc mandat mari si sit elinguis, nec possit formare voces: an fortisan loquebatur? an proferebat verba? & quid dicebat? videbatur, respondet Celada, quod mare se voluerit excusare, dicendo se non esse causam illius tempestatis, sed ventos à quibus infestabatur. Christus ergo qui non vult excusationes, jubet ei ut taceat: Vix mare reprehendit Christus cum illi silentium indixit, Epiterum mutum fecit, ne verba conatur, & erumpere in vocem quæ se excusaret.

Didac. Celad. in Iudæ. cap. 6. v. 1. 3. 4.

14. Quot sunt, qui se excusant, dicendo, non potui non patiæ illud peccatum, demon me tentavit, & instigavit, occasio facit licentiam, societas amecorum me præcipitem dedit, necessitas me coegit, restitui quantulum potui, non debebam nasci sub tali constellatione. Audite Davidem: Confitebor adversum me iniquitatem meam Domine. Domine, peccata mea mea depravata voluntati tantum ascribo. Sic quidam devotus Scriptor. Confitebor adversum me. Non equidem in te Deum creatorem meum peccati mei culpam convertam, non demonem accusa-

Basiliius. Carta. So. nen. in Psalm. 31.

non nisi volentem revincit. Non informatum me, sed accusabo naturam, quam ipsi macula vitium, quoniam a deo ipsi nobis fecimus impiam gravem, sed iam & horam non vercam in sono flagitium facile præsum, sed peccati mei in te coram & flamme tua me ipsum accusabo. Quomiam peccavi, non scella, non scella quod non fatum, non diabolus, non demigra homo me ad malum coegit, traxit, illuxit: Verum in peccata vi, quia voluit ipse me illuxit, impulso, & iugum sui Domine, miserere.

15. Alii non tantum excusant peccatum, sed & bona opera amissa dicendo, futurum impediti, non habuimus commoditatem, puritatem omne opus bonum difficile, & minime nos similes pre extus adseruot. Sed non licet fundari nisi in malitia humana, prout ex his verbis Christi deduci potest! Si qui dixerit potum aqua frigida: Amen dico vobis non potum mercedem suam. Hoc mandato voluit tollere Christum rem esse facilissimam bene operari, & nullam suffragari excusationem. Ideo dicit de Alberto Patavinus: Aqua frigida non calida, ne potum quam se excuset de penuria ignis. Et Dionysius Catholicus: nullus ergo adeo pauper est, ut possit se de omissione operum misericordiam excusare. Et demum sanctus Thomas concludit: Inquit, non calida, ne est in calida paupertate, penuria lignorum excusatio quereretur. Idem opinatur Cajetanus, dicens: Qui potum non vult, sed aqua frigida, ut nullam laborem sui pauperum se excuset, calcificando, non perdat mercedem suam. Ergo ad operandum bene nulla sit difficultas, & incommoditas iuxta monitum Lucæ. 11. v. 34. Tollamus ergo de medio excusationes vanas, & malas. Idem monet Christus, dicens: Ecce ego dixi vobis, nolite credere.

16. Et si aliquis sit inexcusable, sine ulla excusatione, sic ait meus Valentinus: An excusatione Christi-Episcopus: Dicit Gentilis: Iniquitatem meam non excusabo, Paganus non intelligit, sed tu, o Christiane, si vixisti ut bestia, a fortiori te excusare poteris, quod non licentis modum bene operandi, quod illum non sis edoctus, & quod cum non intellexeris: Tu vero miser, quod nescis, & Confundetur & infamia boni boni, illa quæ ab eis erit.

Ipsa creatura in quarum præsentia peccatis te accusabunt. Cyrillus Hierosolymitanus vestigia Judæ, quibus magistrum tradidit, perierit, adhuc hinc Olyvarum prope servat tradidit, mirum est, nec ullum reperiri signum antiquæ Hierosolymitanæ, & in hunc



homo Gerisemani nullam vii idem plantam vel herbam esse, & tamen ad hanc servari illa vestigia Juda: Porro Gerisemani amisti horum...

17. Dum Zacharias iussu Josie Regis Israel, quaregerat eum de idololatia lapidatus fuisse, inquit eius verba sunt D. Hieronymi, in fax...

Idem restatur magno Basilide de Seleucia de Baal, qui in exaltatione innocentiem David habita transire voluit, sed dum David declinat...

Quis ergo audebit se exulare apud illum Deum coram quo responsa evanescunt, & abeunt in interitum? Audi Procopium. Ut enim Deus misericors...

SECUNDA PARS.

18. Dum venerit Anri Christus suas perfidias operaturus Servator suadet fugam: Fugite in montem, fugere non est semper meticolosi, sed aliquando generosi. Fuga non est semper infa-

mis, sed saepe generosa, ergo tu adversario tuo audacter occurras, ego ero ex illis qui fugiendo terga vertunt, nam, ut ait magnus Doctor Hieronymus: Fuge & viciisti: prodeus namque reputabitur qui fugit, & adversarium declinat, & impudens qui eum quatit, vel ei occurrenti occationem...

19. Veniamus ad Scripturas. David hanc verba protulit: Rex virtutu dilecti, dilecti Hebraeus legit: Reges virtutu si fugerunt, fugerunt. S. Hieronymus: Reges virtutu si fugerunt, fugerunt. Felix Praetensis: Reges virtutum fugiunt fugiunt. Quid significat: Reges virtutu? Respondet Mendoz: Reges fortissimi, & robustissimi. Sed si erant fortissimi, quomodo capellerant fugam? Quomodo simul itent fortissimi, & fugerunt? voluit dicere quod fugendo demonstravit suum valorem. Hinc iste Psalmus intitulatur Vincenti David. Psalmus cantia Psalmus ergo ille compositus est a Vate, & Rege David ad honorem fugientium. Sic observat quidam modernus scriptor: Viri omnibus virtutibus munitissimi a minimis etiam tentationibus carverunt, & fugerunt; nam in hoc certamine, fuga est victoria, pugna vero aliquando est ruina.

20. Dum David fuga evaderet mortem, quam illi moliebatur Rex Saul, in gratiarum actum nem quendam Psalmum composuit, & ut Deo ageret gratiam ob victoriā ab inimico Saul reportatam, cum sic intulavit: Psalmus David dum fugeret a facie Saul in speluncam. Sed si fugiebat, quomodo obtinuit victoriā? forsitan, quia dicere solebat Achilochus Poeta Graecus: Sa-

D. Hieron. Proverb. cap 12. Textall. lib. de cultura fame. 2. D. Hieronymus.

Gen. 39. Apollolis suasti. Tunc quia iudaea sunt fugiam ad montem. O insigne stratagemata, quo ad vincendum inimicum, capitur fuga. Hirundo dum hyeme fugit, salvat vitam, de qua quidam hoc formavit symbolum, alio hie mandum.

Psal. 67. D. Hieron. Felic Praetensis. apud Felic. Prat.

Psal. 67. Franc. Mendoz. lib. 1. Reg. cap. 4. scilicet.

Psal. 67. K k 2 tius

Handwritten notes in red ink, including the word 'licab' and the number '67'.